



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

26 Nicephorus tyrannus Irenem deposuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

prine. quæ regnavit usque ad annum 802, quo tempore vindex Dei, & veritatis propugnatrix nominata fuit, & de ejus laudibus plura scripsit Theod: Studita, quem refert Baro. *dict. tom. 9, annal. 801, circa finem.* Dum hæc fierent in Oriente protutiori Romanæ Ecclesiæ defensione †  
 26 Leo III. Romæ in Basilica Divi Petri in die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi tunc incipiente anno 801, omni populo acclamante, Carolo Augusto à Deo coronato, Magno & pacifico Imperatori vita, & victoria, intra Missarum solemniam Carolum Magnum coronavit, & à Græcis, ac persona ejusdem Constantini VI. in personam ejusdem Caroli Magni Imperatorum ad Francos transtulit, ut in *cap. Ego Ludovicus in sine, & ibi glos. fin. 63, distinct.* quod Carolus Rex Franciæ cum suis successoribus Francis tenuerunt per annos centum & tres, usque ad Arnulfum. Quo tempore cum Ecclesia oppugnaretur è Berengario tyranno, Papa vocavit Othonem Ducem Saxoniam, qui auxilium præbuit: qua propter per Leonem Papam Quintum constitutus fuit Imperator, ex cujus persona imperium fuit translatum ad Germanos, Zabarell. in *cap. venerabilem, 3, not. de elect.* & Joan. à Capistr. à *par. 2, par princip. num. 131, in tract. de auctorit. Pap. & Alban. de Pontif. pot. nu. 103, tom. 13.* S. Anton. in *summ. par. 3, tit. 3, cap. 1, colum. 3,* qui scripsit, Adrianum transtulisse Imperium in Carolum, cum à Leone fuerit coronatus, & in coronatione translatum esse Imperium, ut etiam attestantur Otho Episc. Frisingensis *lib. 5, Hystor. ad Urb. cond. c. 31, Gotif. Viterb. chronic. univers.* aliàs Pant: Conrad: Abb: Ulspurg: in *Chronic:* Lupold: Bamber: in

*procemio, lib. de juribus Imper: Blon: Flav: decad. 2, lib. 1.* Joan. Trithem. in *Catal. script. Philip. Berg. lib. 11, supplem Albert. Krant: lib. 2, Saxo: c. 18, Plat: in vit: Leo III. cap. 97.* Bellarm: *eod. lib. de translat: Imp: Rom: ad Franc: lib. 1, cap. 4, per tot.* & Baro, *dict: tom. 9, annal: 800, §, qui autem, & tom. 10, anal: 870, §, at quam.* & Occidentale Imperium, quod aliàs translatum fuerat in Orientem, Bellarm. *de translat. Imper. Rom. lib. 1, cap. 4, §, Ioan. Zonaras,* denuò in Occidentem fuit revocatum, idque non, nisi divino consilio, factum esse, vel fieri potuisse, testatur Baro: *eodem tom. 9, annal: 800, §, hæc iccirco.*

27 Postea autem, §, quia bene operantes Deus ad majorem probationem sæpè affligi, terrenisque boni nudati permittit, ut majoribus reddantur digni muneribus, de anno 802. dum Carolus Magnus per Legatos Constantinopolim missos expetiisset conjugium Irenis, Nicephorus tyrannus fraudulenter invasit Imperium, & Irenem deposuit, ut post alios testatur Bellarm: *eod. lib. 1, c. 11, §, quod verò, & seq. & Baro. annal. 702, §, 7, & seqq.*

28 Carolus enim ipse Francorum Rex Primus Imperator suo testamento Ludovicum ejus filium in Imperio successorem nominavit, Plat. *de vita Pont. eod. cap. 97.* Quæ nominatio ab eodem Papa Leone Tertio unà cum illius Testamento fuit confirmata, ut per Aym. *de rebus gest. Franc. lib. 4, cap. 94,* ubi inquit, testamentum Caroli Leoni Papæ missum est, ut approbaretur, quod factum est, hoc idem testatur And. Viennen. *in chronic. 6, at. etc,* ubi Imperator, inquit, inter filios Regna dividit, ut sciret quisque, si superstes esset, quam partem tueri, & regere debuisset.

B

testa-